Anno 1532. 24. 8. Apri Ex. M. S. B. Zalt

83

# Sigismundus Primus Rex Poloniae

## Joanni Cuna de Kustad Capitaneo Marchionatus Moraviae

Spectabilis et Mce Domine sincere Nobis dilecte Accepimus literas Stis Tuae quibus ex Commissione Ordinum Moraviae sibi data certior a Nobis, fieri cupit, an statueremus aliquos Commissarios Nostros in Negocio Nobilis et Generosi Vilhelmi Cuna de Custad quod se cum Sua Conjuge Nostra habere praetendit in Oswiaczyn vel Plizinan, aut alium quempiam in locum mittere quemadmodum id arbitror Nostro ab ipsis Moraviae Ordinibus. Nomine dicti Vilhelmi Cuna delatum erat, ut potius benevola compositione quam represaliis, sive res cum Sua Conjuge Nostra transigeretur, in qua quod illi respondere debuimus hec nunc, Stati tuae respondemus, Suam Conjugem Nostram, de actione matris in quam successit velle et ab inimico recepit, in jure apud summum Pontificem vel in Ducatu Barensi Generoso Vilhelmo Cuna respondere, hic autem de Contractibus vel obligationi quomuncunque Commissariis Nostris, se submittere nulla quos Jurium et consvetudinum illius Provinciae ignaros esse plane cognoscat, et ad quos in

struende

causae gratia multos Mtis Matris Suae negociorum gestores et obligationis ejus conscios a Bari usque huc traducere oportet, sine quibus enim administris Stas sua negociis istius statum tractare se neque posse commode neque iuri debere affirmat. Haec nos Sinceritati tuae declarare voluimus. Quam bene valere optamus

Datum Cracoviae Die Octava Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Qu Trie simo Secundo